Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1141
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

quia intellectum michi dedisti. sic intelligit prior. ut ipsum mandatum sit meditatum. & ad exercitatem in ualeat. Illis uero tantum est in seculum. Illi enim temporalia promittunt ut filii agar seruiunt. ex mandato queruntur. & ideo non est illis intellectum. sicut huic finito secundo secundum illos. nullum potest esse legis mandatum. secundum istum. in tabulis cordis erit dilectio dei. in eternum. & primum mandatum custodit erit ipse dominus. quando mandauit. quando erit deus omnia in omnibus. Sequitur. Super omnes docentes me intellexi. quia testimonia tua meditacio mea est. Super senes intellexi. quia mandata tua exquisiui. Ab omni via mala prohibui pedes meos. ut custodiam uerba tua. A iudicium tuis non declinaui. quia tu legem posuisti michi. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua. super mel ori meo. A mandatis tuis intellexi. propterea odiui omnem uiam iniquitatis. Super omnes docentes me. alia d. Super inimicos prudentem me fecisti. & etiam intellexi. super omnes d. me. qui sciebant de inimicis. idem super scribas & pharisaeos. & hoc io. quia testimonia tua meditacio mea est. in spiritu non in littera. Non enim in littera. sed in spiritu quiescit. quae meditacio non est uiorum. qui falsa ibi sentiunt. & docent. Sequitur. Super senes intellexi. alia d. Super docentes intellexi. quia mandata tua intellexi super senes. i. super senes corpore non mente. quia in meliori intelligit nouus populus. qui hic loquitur. qui xpm accipit. quam ille senior iudaicus. cui principi benedictionem. & hoc totum ideo. quia mandata tua non hominum. sed dei. quae illi transgrediebantur. quesiui. interius. non exterius accepi. Potest etiam hoc totum accipi. ex persona capitis ab illo loco. Super omnes docentes me intellexi. hoc secundum caput bene dicitur. non tamen uox mutatur. Unus est enim loquens xpc & ecclia. propter illud sacramentum. Erunt duo in carne una. ita ergo & in uoce una. Ait igitur. Super omnes docentes me intellexi. Aliis non super omnes. docentes intellexit. prophetas. xpc super omnes homines. quem pater docuit. de quo ipse ait. Sicut docuit me pater. hoc loquor. sed difficillime ex persona ipsius ubi intelligitur. nisi quis. utrumque ex pere ualeat. idem est filium a patre. doctum esse quod genitum. Cui non est aliud est. aliud doctum est. quod illi est est. hoc est ei doctum est. a quo enim ei est est. ab illo simul est ei doctum est. Ex persona uero hominis. ubi formam serui acceptit. facilius intelligitur a patre didicisse. quae dixit. In qua forma serui constituitur puerum. maxime. potuerunt homines maioris etatis docendum putare. ideo super omnes intellexi. quia testimonia tua meditacio est mea. Testimonia meditabatur. quae melius quam illi de se nouerat. Doctores uero sunt seniores. de quibus dicit. Super senes intellexi. hoc nota statim. qua puer inter senes sedebat. & super illos intelligebat. ut fecit intra dicione seniorum. de lauandis manibus. ideo ait. Super senes intellexi. quia mandata tua quesiui. quia quia dns docet facile doctores & senes super. hec etiam membris quae ipse docuit euenunt.